

G. A. 24
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

PF-37

SIGNAT. *cis 15 CCCXIII.*

I. N. J.

DISQVISITIO METAPHYSICA
DE
PERFECTIONE
E N T I S,

Eam esse Affectionem unitam
asserens.

Quæ
PRÆSIDE

M. PAULO PLATANI,

Præceptore suo atq; Conterraneo honorando,

exponitur

Publico Eruditorum Examini

AUCTORE RESPONDENTE

J E R E M I A Hahnwalde,

Neczpalensi Hungaro.

Ad d. XXI. April. Anni M. DC. LXXVII.

In Auditorio Veteri.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Ziegenbeins.



VIRO
AMPLISSIMO atq; CONSULTISSIMO
DN. MARTINO

HABWSSVLL /
Judici Hæreditario Neczpaliens. longe dignissimo ut & Senatus Prividiensis Assessori gravissimo
DNO. Patri suo etatem devenerando.
Salutem & felicitatem Perpetuam

Savissime DNE. Pater obsecutus sum Tuis desideriis, morem gesi amori erga mea studia flagrantissimo, enixissime, contendenus ut mox sub ingressum Academicorum studiorum in aliquo exeli conatu, Tui vigilantissimi animi curas, mei causa susceptas, insueri Tibi liceat. Ideò Tu nominis primum hoc Academia exercitatis Specimen inscribere volui, cuius favore ad perfectionem soldioris doctrinae adspiro. Et licet majora sint Tuæ beneficia, quam ut hoc precox & in cultæ sapientiae rudiumentum compensare posse; tamen ut me id moliri intelligas, & studiosè prosequi, ad quod Tuorum desideriorum stimuli impellunt, hoc obscuro indicio ostendere volui. Nec despero penitus, quin Tuæ benevolentiae auspiciis ac liberalitate, eam mea studia nactura sint perfectionem, ut nec Te sum tuum, nec me industria unquam pœniteat. Interim precor clementissimum Numen respicere dignetur afflictissime Patriæ fata, ut tandem post tot exitiales tempestates, novis redonata halcyoniis, omnes Zelosi, Bonarum Literarum Mecænates feliciter Tecum respirent ac restorescant. Ita vale & fave

Nominis Paterni
Cultoris perpetuo
Respondenti Aurori.



PRÆFATIO.

Notissima lis est, quæ de constituendo numero Affectionum, præsertim verò unitarum, inter celeberrimos Metaphysicos agatur, & ne cdum tam felicissimi acuminis reper-tus est, qui omnia ad vivum resecare potuisse, atq[ue] finem tam diuturno & acerrimo conflictui fecisset, de quo sibi præsentes hujus Studii Cultores gratularentur. Inter alia verò quæ non minimam pariunt difficultatem, est quoq[ue] lis illa satis pervetusta, & in Scholis Metaphysicorum usitatissima de **PERFECTIONE**. Cujus doctrina uti utilis, & non tantum per Philosophiæ, sed & Theologiae campos sese dif-fundens ab omnibus celebratur: Ita maximè obnoxia est variarum opinionum censuris. Ego, & si tam acerrima litis me Judicem haud possim profiteri idoneum, imo vix ex minima parte contrariis partibus satis facere posse persuasus sim; nihilominus tamen Praceptorum meorum, quorum & eruditionem & canitatem veneror, vestigium insistere malui, quam aliare magis mihi dubiam sententiam propugnandam suscipere. Et cum hac mihi præ ceteris maximè arriserit, iniquum purabam fore, si judicium in Philosophando liberum, aliorum con-trarium sentientium libidini manciparem. Quare non superbè contemnendo aliorum circa hanc doctrinam opinio-nem, liberè & absq[ue] præjudicio meam in præsenti instituto ex-ponam sententiam. In quo me adjuvet Ens
omnium perfectissimum
DEUS!

A 2

Sup-

*Supponimus in anteceßum ex recepta doctrina,
quæ in Scholis Metaphysicis communiter tradi-
tur, Enstanquam radicem admittere quasdam
realitates immediatè ex eo fluentes citra composi-
tionem realem Enti convenientes. Hæ licet à
parte rei & secundum esse reale identificantur cum
Ente, tamen formaliter, quatenus secundum pe-
culiare conceptibilitatem considerantur, à con-
ceptu Entis primo distingvuntur, ita ut diversa
sit alietas Objectiva realitatis, diversa alietas
subjecti, nec una sub altera formaliter
includatur.*

Foecunda est natura Entis in qua virtualiter multa continentur,
ob quod non immerito à Philosophis radix vocatur, quia sicut
è radice propullulant rami: ita ex essentia emanant realitates. Ja-
cobus Martini vocat basin & fundamentum reliqorum omnium,
in Exercitationibus suis, Exercit. 3. p. 56. Realitates communiter
vocantur Affectiones, Passiones, Proprietates, Adjuncta, Essentia-
lia consequentia. Considerantur vero, vel secundum esse suum
reale, & ita unum sunt cum Ente: vel secundum esse objectivum, &
ita distingvuntur, quæ tamen distinctio non pugnat cum simplici-
tate Entis, uti ex communi doctrina Metaphysicorum liquet. Nam
diversitas illa quam obtinent Entis realitates, accedit ipsis non qua
res sunt diversæ, sed quæ à ratione nostra diversimode concipiuntur
ut loquitur Jacobus Martini Lib. I. Exercit. 2. Theoremate 6.

*Supponimus quoq; quod Entis natura prout con-
stituit Subjectum Scientiæ Transcendentalis, non
admittat Affectiones in rigore, quæ secundum
uni-*

univocationem, cum Affectionibus Subjectorum
inferiorum Disciplinarum convenient, eò quod
reqvista Affectionum in rigore de ipsis verificari
non possunt: Sed secundum analogiam & aliquam
convenientiam cum Affectionibus in rigore
sic dicitis.

AD Affectiones in rigore tales reqviruntur. 1. Ut sit aliqua res.
2. Ut ex natura distingvatur ab eo cuius est Affectio. 3. Ut ad-
æqvatè illi conveniat, cumq; eo reciprocetur. 4. Ut subjectum
non sit de intrinseca ratione talis Affectionis. Conf. B. Scharff. in
Theoria Transcendentali p. 267. Jam si hæ conditiones & reqvi-
sita ad Affectiones Entis, ut est Subjectum Scientiæ Transcendentalis
applicentur, nihil minus quam Affectiones possunt dici. At verò
licet non sint Affectiones tales, quales inferiorum Disciplinarum
Subjecta v. g. Physicæ admittunt; tamen propterea per analogiam
possunt dici Affectiones, ad qvarum naturam sufficit (1) Ut sit ali-
qua realitas citra operationem Intellectus rei conveniens, ab eaq;
formaliter distincta. (2) Tanquam conceptus secundus rem conse-
qvatur eamq; denominet. (3) Reciproceretur. Hæ omnia conve-
niunt etiam Affectionibus Transcendentalibus. Neq; tamen ob
id Affectiones esse negandum est, quia analogicè tales sunt: Siqvi-
dem analogia non negat veritatem rei, ut habet Regula Logico-
rum.

Ex hac præsupposita generali doctrina, judicium
ferri potest in specie de Perfectionis natura, quam
nos in præsenti instituto examinare constituimus.
Nam rationes generales, etiam includuntur in
specialibus, juxta illud: Quod dicitur de ge-
nere, illud quoq; dicendum est de specie. Dicen-
dum

A 3

dum igitur est de Perfectione: quod illa sit realitas Entis distincta, sed ex diversitate nostri modi concipiendi talis, quia sub alio conceptu Entis natura, sub alio Perfectio sese Intellectui objicit qua distinctam cognitionem. Et sicut aliæ Passiones & Affectiones non includuntur in formali conceptu Entis: Ita nec hæc in eodem si Affectio est, includi potest.

Perfectionem dari in rebus, nullus Philosophantius ita extremè desipuit, qui iniciari audeat; tamen quid sit illa, an de primo conceptu? an de secundo? & si de secundo, an unitam? an vero disjunctam, cum opposito membro imperfecti constituat Affectionem, inter acutissimos Metaphysicos lis volvitur. Aliqui enim ad primum Entis conceptum eam referunt, ex quorum numero est Svaretzius, qui Tom. i. Disp. 10. Sect. 1. de Bonitate. n. 14. dicit perfectum includi in essentiali conceptu Entis realis, quia non potest concipi Ens cum Entitate, quin concipiatur cum perfectione essentiali. Cui suffragari videntur B. Scharff. Ebelius & alii horum vestigia prementes uti videre est, hic in Aphorismis Metaphys. Disp. 2. c. 3. de BONO, ille in Theoria Transcendentali. Disp. 6. th. 6. p. m. 265. intelligendo perfectionem essentialem, ita enim loquitur: *Perfectio essentialis potius ad fundamentum Affectionum nempe ad Entitatem ipsam refertur, quam ut sit distincta Affectio à bonitate.* Alii eam ad conceptum quidem secundum referunt, tamen ita, ut formale Bonitatis in eo constituant. Quam sententiam tenet Stahlius in discursu super Tabulas Metaphysicas. Et Jacobus Martini Exercit. Metaphys. Lib. 1. Exer. 17. Theoremat. 1. Alii & quidem plerique ad Affectionis disjunctæ membrum reducunt, cuius oppositum constituunt rō imperfectum. In qua sententia sunt Ebelius Disp. 5. in Aphoris. c. 2. p. m. 74. Schaff. in Theor. Transcendent. De qua autem perfectione aut imperfectione loquaatur, satis locis citatis

citatis sese explicant, scil. de perfectione & imperfectione accidentali. Alii sunt, qui Perfectionem Bonitatis speciem constituunt, & ex illorum numero est Frommius qui clarissime prodit suam sentiam in *Synops. Metaphys. de Bonitate* p. 153. sic enim ibidem loquitur: *Nos perfectionem ad bonitatem referimus cuius Species est.* Alii denique ad Affectiones unitas eam referunt. Et hujus sententiae sunt. *B. Scheiblerus Lib. 1. c. XI. Excellentissimus Dn. D. Calov. in Metaph. Divina de Affectionibus unitis Sect. 2. cap. 3. Weisius in Compend. Metaph.* & alii de hac prima Philosophia meritissimi Viri, quos hic pio silentio transimus. Huic sententiae nos quoque subscribimus, & tanquam ceteris veriore propugnare sustinebimus.
Ut verò rectius innotescat de qua Perfectione hic nobis sermo sit, ab ambiguitate nos in antecessum vindicabimus. Non sumitur scil. hic Perfectio Participialiter, Transitivè, prout notat actum perficientis, & influxum ad esse perfecti; Sed Nominaliter, possessivè, ut habitum rei perfectum notat, ac rem in suo esse perfecto constitutam dicit.

Si primam originem hujus Termini attendamus, non unum significandi modum habet, ac ideo facile distrahit Intellectum & varius ingenerat conceptus. Etenim cum dederatur à perficio, nemus est qui non concipiatur actum transeuntem in objectum & terminum in quem agens exercet suam actionem, non secus ut audita voce calefacio ex nativa significatione non potest intellectus aliud apprehendere, quam actum calefacientis aliquod objectum. Verum præter hanc significationem, quam derivatio Perfectionis insinuat, connotat quoque perfectionis terminum, sive ipsum perfectum, quod jam asseditum est suæ perfectionis complementum, praescindendo ab eo, quod ex se obtinet perfectionem, & quod ab alterius superioris influxu causali, suam perfectionem habet. Quo pacto omne Ens verum & reale perfectum dici potest, ne ipso Ente infinito.

nito excepto. Et licet ex prima vocis impositione hic Terminus videatur involvere imperfectionem, ut B. Scheibl. & Dn. D. Calov. docent, eò qvod natura significationis indicare videatur, id perfectum esse, qvod dependentiam habet ab extrinseco. Verum cum nec magis idoneus Terminus occurrat, qvo hoc attributum commodius designari possit, nec sumitur juxta primam impositionem, sed juxta transumtivam ab imperfectione depuratam, nihil obest, qvo minus etiam independenter perfecto attribui possit. Conf. Scheibl. loc. supr. cit. & Dn. D. Calov. in Metaph. Divina de Perfectione, ubi etiam Thomæ illud adducit: Qvod factum non est perfectum propriè dici non potest, scil. si perfectum sumatur secundum primam sui impositionem, non verò secundum transumtionem.

Neg̃ in considerationem venit hic Perfectio accidentalis, quæ abesse potest salva cuiusq; rei natura, cum ad benè esse tantum, vel ad operationem, vel ornamentum requiratur: Sed de essentiali, eaq; non comparatè considerata, qva unius Entis perfectio confertur ad aliam; verum absolutè prout quodvis Ens debitam perfectionem, quam ex naturæ sua necessitate obtinet, habere dicitur.

UT adhuc apertiores nobis pandamus viam, ad scopum nostrum, ad qvem collimamus, cum duplex sit perfectio, suffragantibus etiam illis, qvi nostræ sententiæ adversantur: Alia essentialis alia accidentalis, uti agnoscit Ebelius, Scharff. locis cit. Merito dubitari possit, de qva hic nobis sermo sit. Sicut verò accidentalis pro varietate accidentium variat, ita etiam essentialis pro diverso respectu diversa potest dici. Et qvidem accidentalis vel naturalis est vel infusa, vel imputata, de qvibus potest consuli Dn. D. Calov. in Metaph. Divina, & Frommius, qvi uberioris has perfectio-

unam qvamq; describendo speciem cum opposito hujus perfecti-
onis accidentalis imperfectione, ibi evoluta deprehendes. Perfectio
vero Essentialis qvæ hujus loci est propria, qvatenus absolutè consi-
deratur, & in suo genere omni Enti competit, nec suscipit magis & mi-
nus. Licet igitur collata unius Entis perfectio ad alterius aliquid im-
perfectionis involvere videatur, siqvidem fieri potest, ut unum Ens
non omnes perfectionis gradus, in tota latitudine Entis possibilis, con-
tineat; Qualis imperfectio in omni Ente finito reperitur, solum enim
Ens Infinitum hac perfectione gaudet. Sed cum hæc perfectio sit in-
debita, non potest propter hujus absentiam Ens de quo ea enunciatur
defectus & imperfectionis argui. Hinc distingunt Scholastici inter
imperfectionem negativam, qvæ dicit carentiam perfectionis indebitæ,
qualis est in arbore ad intelligendum, in homine ad volandum, qvæ imper-
fectio certe nihil derogat perfectioni essentiali Entis; Et privativam, qvæ
notat defectum perfectionis ex natura debite. Hæc non potest statui
in aliquo Ente citra manifestam contradictionem, haberet enim essen-
tiā totam & non haberet totam, qvod in Terminis ipsis repugnan-
tiam involvit. Dico notanter absolutè considerata perfectio, non vero
absoluta perfectio, qui duo modi enunciandi diversos conceptus infe-
runt, qvia perfectio absolutè considerata opponitur imperfectioni
comparatè acceptæ, & notat in communi omnem perfectionem, sive
illa sit absoluta, sive secundum qvid talis: Verum perfectio absoluta,
opponitur perfectioni secundum qvid tali, & notat perfectionem tan-
tum eminentem ac summam, qvæ Enti Infinito convenit. Quid au-
tem ista summa & eminentia perfectio sit, & qvotupliciter Enti perfectio
attribuatur, vid. potest B. Klotz in Theolog. Natural. Disp. 10. de Bo-
nitate & Perfectione DEI. Contra vero perfectio secundum qvid, di-
cit definitam perfectionem, non excludens perfectionem negativam,
sed privativam, cum actualiter omnes gradus perfectionis sibi ex natu-
ra debitos possideat. Et si qvidam hoc modo perfectum & imperfe-
ctum considerando Affectionem disjunctam constituant, ita, ut omne
Ens dicant esse perfectum vel imperfectum pro diverso respectu, Perfe-
ctum qvidem si absolutè consideretur, imperfectum verò si compara-
tè. Tamen nihil proficiunt hoc effugio, siqvidem imperfectio illa
comparata ex rei veritate est tantum accidentalis, indebita, nega-
tiva; Qvod autem alicui non competit ex natura, ob illius carentiam
non potest res dici imperfecta, sicut insulsè dixerim hominem propre-

B

rea esse

rea esse imperfectum, qvia non habet cornua, aut 4. pedes, cum nec
habere debeat, uti infra demonstrabitur. Et qvod maximè tenendum,
non intelligere nos per rò esse essentiale constitutivum, ita enim ad pri-
mum conceptum esset referenda perfectio, sed consecutivum, qvod i-
psam essentiam in esse constitutam quasi conseqvitur, deq; ea parony-
micè prædicatur. Non qvidem à parte, sed re ita enim identificatur cum
re, à parte nostri intellectus.

*Jam sic discussis ambiguitatibus, quæ videbantur
nostro instituto obstitisse, ponenda erit formalis ratio
perfectionis essentialis absolutè considerata, quam
cum aliis consistere dicimus in negatione defectionis
Entitativa, juxta quam Ens concipitur nullo eorum
prædicatorum carere, quæ ad esse ejus requirun-
tur. Uno verbo dicitur Indefectio.*

QVidam rationem formalem ponunt in indefectibilitate. Verum
non videntur in eo accurati, eò qvod indefectibilitas non tantum
actualē defectum innuat, sed & potentialem, cum nomina in BI-
LIS potentiam notent. Juxta hanc igitur sententiam nullum Ens de-
ficere posset, qvod & experientiæ & naturæ rerum corruptibilem re-
pugnat. De hoc vid. Frommius in Synop. loc. supr.cit. Restringunt
qvidem illi hoc formale ad statum Entis, & in tantum indefectibile o-
mne Ens esse dicunt, in quantum actuali existentia non desituitur.
Verum ad statum illum connotandum sufficit actualis negatio defec-
tus, non verò etiam potentialis repugnantia, formalis enim ratio ta-
lis debet constitui, quæ conveniat omni Enti, præscindendo à determi-
natis rationibus Enti alicui particulari convenientibus. Sicut Uni-
ratis formalis ratio non constituitur indivisibilitas, propterea, qvia
nullum Ens actu existens dividitur, sed indivisio: Ita non indefecti-
bilitas, sed indefectio pro formali ratione statui debet, id qvod analogia
utriusq; Affectionis poscit, & fundamentum ipsarum rerum.
Neq; est ut aliquem moveat, nostram formalem rationem non propo-
ni Terminis positivis, sed negativis, siqvidem notum est, qvod sœpe
Termini qvoad sonum licet negativi sint, nihilominus rem positivam

Egni-

alla not.



significant, qvōd etiam hic usu venit. Probatur id (1.) Ex nostro modo concipiendi: auditō enim termino Indefectionis, non alijs se se intellectui nostro ingerit conceptus, nisi qvi dicit omnium prædicatorum actualem possessionem ex natura rei necessariorum. (2.) Ex opposito: Si enim oppositum perfectionis dicit negationem, necessarij perfectio dicet positivitatem, siqvidem opposita oppositorum est ratio. (3.) Ex inductione perfectionis accidentalis, qvæ itidem positivi qvid dicit, uti id ex exemplis clarissimum esse potest. Sic enim naturalis perfectio dicit mihi talem adessentiam prædicatorum, qvæ ex natura necessaria sunt: artificialis dicit mihi omnia ea ad esse, qvæ ex parte rei convenire debent.

Ex hac data formalī ratione perfectionis, colligitur evidenter perfectionem non esse: (α.) De primo Entis conceptu: Nec (β.) constituere alterum membrum Affectionis disjunctæ, cui opposita est imperfectio: Nec (γ.) bonitatis formalem rationem ingredi. Nec deniq; (δ.) ejusdem speciem dici posse; Sed (ε.) esse & manere Affectionem unitam distinctam à cæteris.

HÆc Θέσις summatam rei continet, in qua & remotivè & positivè procedimus, tenovemus enim illas sententias qvas iupra attulimus, & propriis verbis illorum Autorum recensuimus, nostram simul ipsis opponendo. Et ne simpliciter & absq; evidenti ratione eorum sententiam rejecisse videamur, addemus quoqvè probations. Qvod igitur non sit (α.) De primo conceptu, patet inde: Qvia propriam conceptibilitatem ac diversam à conceptu Entis primo habet, nam conceptus primus entis consistit in τῷ habere essentiam, qvi non includitur formaliter in conceptu perfectionis supra declarato. Jam qvicquid in primo Entis conceptu non continetur, illud ad primū non pertinet: Atq; Ergo. Nec (β.) constituit membrum Affectionis disjunctæ, ita ut cum opposito membro efficiat Affectionem disjunctam: Partim qvia perfectio & imperfectio accidentalis, qvam intelligunt Adversarii non

si non potest constituere Affectionem, qvia Affectio ab Ente non differt, nisi ratione; At verò Perfectio & Imperfectio accidentalis differt realiter: Partim qvia Affectio debet exaurire totam latitudinem Subjecti; At vero Perfectum & Imperfectum non exhaerit, Enti enim Infinito neq; Perfectio neq; Imperfectio accidentalis tribui potest. Neq; (γ) ad formalem rationem Bonitatis pertinet, patet id: tum ex diversitate formalis rationis utriusq; Affectionis, Bonitatis enim formalis ratio consistit in convenientia essentiæ ad seipsum, ut constat ex B. Scharff. in Theoria Transcend. Disp. 8. th. 24. & aliis, maximè th. 31. At verò formalis ratio perfectionis planè diversa est: Partim ex opposito, Bonitas agnoscit oppositum, ut ita loqvar, malitatem, Perfectio verò Imperfectionem. Jam qvorum opposita diversa sunt, illa qvoq; erunt diversa. Neq; conseqventer (δ) species ipsius Bonitatis dici potest, qvia hæc sententia ntitur salla hypothesi, qvæ bonum essentialiter ait aliud sit in se bonum, qvo pacto constituit perfectionem: aliud alteri bonum, qvo pacto constituit in specie bonitatem. Nam cum convenientia non ingrediatur conceptum perfectionis, neq; etiam Bonitas illa respectiva essentialiter consideratur, sed tantum accidentaliter, non videtur ulla species veritatis qva asseri possit perfectionem & bonitatem in specie, posse dici bonitatis species ut sic. Manet igitur perfectionem transcendentalem esse Affectionem unitam à cœteris distinctam. Id verò patet (i.) Ex requisitis generalibus qvæ adduximus in præcedentibus, est enim qvædam realitas citra operationem Intellectus Enti conveniens, & formaliter ab eodem distincta: Denominativè dc ipso Ente enunciatur, & dicitur, sumū reciprocatur (2.) Ex remotione aliarum sententiarum, de qvibus in præcedentibus egimus fusi. Qvæ nostræ sententiæ obsistere videntur, ea hic silentio præterimus, futuro conflictui reservantes. Potest de his consuli B. Scheibler. loc. supr. cit.

COROLLARIA.

- I. Omne Ens est per essentiam perfectum.
- II. In Ente Infinito omnes gradus perfectionis
creaturarum reperiuntur.



Ung. VI 34



Slc.

V317



